



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

89 Quae animae defunctorum soluuntur à peccatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

accusat, ut inquit S. Aug. *relat. in c. quibus peccata, dicta q. 2.* quia orationes, quae in eis fiunt, illis non suffragantur, ubi per 87
85 gloss. unde cum B. Greg. † memorasset corpus cuiusdam Valentini à sepulcro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam projectum, subiungit: Ex quo Petre, collige, quia hi quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua præsumptione iudicentur *in l. 4. Dial. c. 53. ac in sum. ar. post d. c. quibus peccata,* mihi dum in civitate Beneventi agerem fuit relatū (erat enim 88 tunc casus recens.) † quod cū nū quadā ecclesia extra, sed propè dictam civitatem cadaver cuiusdam Prætoris fuisset humatum, nocte sequenti maximus strepitus in eadem ecclesia auditus fuit, uade sacerdotes ibi commorantes à lecto surgere coacti fuerunt, & cum ecclesiam ingressi fuissent, viderunt lapidem sepulcri revolutū, & introsipientes, corpus non invenerunt.

Quapropter animæ defunctorum, quas gravia peccata non deprimunt, sūt expian- 87
87 da. Quod fit † quatuor modis, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sancto- rum, aut charo- rum elemosynis, aut jejunio cognatorū, *c. non estimamus, & c. anima defunctorū, 13, q. 2.* præcipue enim sol- vuntur oblationibus sacerdotū, per Altaris sacrificiū, concil. Trid. *c. 2. de sac. mis. sess. 22. & in decr. de Purg. sess. 25, c. non estimamus, & c. pro obeuntibus, 13, q. 2.*

88 Scimus in præsentī sæculo † sive orationibus, sive consilijs, invicem posse nos coadjuvari, cū autē ante tribunal Chri- 92
sti venimus, non Iob, non Daniel, neque Noë rogare posse pro quoquam, sed unū- quemque portare onus suum, tradit S. Hier. *in Epist. ad Galatas c. 6. & ad verba 93*

unusquisque onus suum, & *cap. in præsen- ti, ead. 13, q. 2.*

Neque † negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium releva- ri, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia fiunt, sed hæc eis profunt, qui cū vive- rent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt, secus autem illis, qui erant ab ecclesiastica unitate præcisi, quia sacris est canonicis institutum, ut quibus non commanicavimus vivi, non communi- cemus defuncti, *cap. Sacris est. de sepult.*

90 Observantur quidem aliqui dies † in officij mortuorum, nam aliqui tertium, alij septimum, alij trigésimum, alij qua- dragésimum observare consueverunt, ut inquit Sanctus Ambr. *in lib. de obitu Theod. Imp. circ. princ. & supra de nonnullis no- tavimus.* De quadragesimo testatur scrip- tura, quæ defuncto, inquit, Iacob præ- cepit Ioseph pueris suis sepulcorib. ut se- pelirent eum, & sepelierunt sepulcros Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. *Gen. cap. 50,* ut etiam de Moysen scriptum est. Quia planxerunt filij Israël Moysen diebus triginta & consummati sunt dies luctus, *Deut. cap. 34.*

91 Sepeliri autem † (si aliud non sit dis- positum) debet quilibet in sepulcro suo- rum majorum, *Genes. c. 49, c. unaque- que, & item Ioseph. 3, q. 2, & c. 1, de sepult.* licitum tamen est unicuique volenti, a- liam sibi eligere sepulturam, *ut eod. S. item Ioseph. 7. exemplo igitur & c. cum libe- ram, ext. de sepult.* quia † ultima volūtas defuncti pro lege servanda est. *ut in aut. de nup. S. disson. coll. 4, & c. ult. volunt. ead. 13, q. 2* In elect. autē sepult. debet etiā volun- 92
93 tas omnino libera esse, adeo quod † uni-